Practica electio=
num prelatorum.

Practica electionū prelatorum.

CVm in electōibus p̄latoꝝ sepius tam circa ea que iu
ris q̄ȝ facti sunt errari ꝯsueuit. etiā per eos qui sibi do
cti videnť. Ideo ego Michael lochmair inter sacre
theologie ⁊ iuris pōtificij doctores. minimus dū essem
in residētia canōicatus ⁊ p̄bende patauie Anno dn̄i. M. cccc. xc
et tēpus mihi vacaret pro informatōe eligentiū simpliciū ⁊ eoꝝ
qui aliqñ intersūt electōibus aliquātulū laborē assumpsi. Et bre
uem tractatū ex dictis doctoꝝ collegi quem practicā electionū
noīare placuit. ¶ Diuidiť aūt tractatus iste in quatuor partes
In prima agiť de p̄ambulis electionū In secūda de formis ele‑
ctionū. In tercia de psonis eligentiū ⁊ electi In quarta de mate
ria postulatōnis aliqua breuiter tangentur

Pars p̄ma de p̄ambulis electōnū

IN agēdis, anteq̄ȝ p̄ueniť ad formā electōis celebrāde
hac via p̄cediť ¶ Eccl'ia em̄ pastoris regimīe desti‑
tuta. Capitulū siue Canonici p̄ntes statuent certū et
cōpetentē terminū ad electionē celebrandā in p̄ntia
ł notarij ⁊ testiū de quo petēt fieri publicū instrumentū In quo
narrabiť qualr̄ cedēte vel trāslato aut defūcto tali p̄lato talis
eccl'ie. eiusq̄ȝ corpe eccl'iastice tradite sepulture capl'm siue cano
nici qui in eccl'ia tūc erāt p̄ntes cōuenietes in vnū talē diē ⁊ ho
ram ad electionē celebrandā vnanimiter statuerūt ⁊c. ¶ Quis
aūt erit terminus ꝯpetēs Dico q̄ ille infra quē absentes qui vo
cādi sunt citati comode veire p̄nt cōsideratis locoꝝ distātijs et
psonaꝝ et tpis q̄litate Nō tn̄ nimis lōgus q꞉ in electōibꝰ mora
est piculosa vt in c. Cū inter. ⁊ c. Ne p̄defectu de elect. Nec p̄nt
eligētes diē pro electōne celebrāda vltra tres mēses progare. Nā
in ecclia kathedrali aut regulari. h̄nt electores tēpus triū mensiū
infra qd̄ si iusto impedimēto cessante nō elegerint ad proximū
superiorē deuoluiť. vt in d. c. Ne pro defectu In alijs vero eccle
sijs debet p̄uideri infra sex menses aliter ad proximū supiorem
deuoluiť vt in c. De multa de p̄ben. et in c. Nulla de ꝯcessi. p̄ben

¶ Sed nūquid eligētes pñt statuere terminū breuiorē triū mensiū in quo si nō cōueniāt oēs licite pcedere possint ad electionē. Solutio ſm Host. ꝙ si due partes pñtes sunt et causa coartatōnis assigneť qꝛ forte timeť periculū scismatis vel abusus laice ptātis sic pt Si vero due partes absentes sunt vel nō sit causa coartatōis sic nō pt sed debet expectari vsqꝫ circa finē triū mensiū. ꝯcor. in d. c. Cū inter vniuersas. et c. Cū nobis e. ti. ¶ Vtrū aūt possit fieri electō añ sepulturā pdecessoris tex in c. Bone me. ij. de elect. tenet ꝙ nō si tñ fieret valeret electō ſm Guil. ibidē.

Prattica Deinde sup ipius termi assignatōe certificādi sunt et ad eundē vocādi sunt oēs qui de iure et cōsuetudie debēt volūt ⁊ pñt comode interesse. et qui sunt in possessiōe vł q̄si eligēdi vt in c. Cū ecclia de causa pos. ⁊ pprie. et c. Cumana. et c. Querelā de elect. vt statuto tali termio ad electōnē cōueniāt celebrandā. vt in c. Quia ppter de elec. vbi dicitur admittūtur illi ad electionē qui debent volūt et pñt comode interesse. ¶ Dicit debēt vt excludat illos qui de iure nō debent interesse electōni licet sint de collegio vt sunt excōicati et suspensi irregulares. impuberes. vt in c. Is qui de sen. ex li. vj. Item excludūtur qui sunt nō in sacris cōstituti. vt in cle. Hi qui de eta. ⁊ quali. Secūdo diciť qui volūt interesse Et ideo qui nolunt interesse non debent cōpelli nisi intersit ecclie. Ex quo infertur ꝙ quilibet electoꝝ potest renūciari voci sue qꝛ quilibet pt renūciare iuri qđ sibi cōpetit. C. de pact. l. Si quis in cōscribēdo. vñ quod fit postea per alios inpugnare nō pt Si tñ talis postea accedat electionē. admittēdus est in oibus que circa ipam electionē restant faciēda. vt in c. Ecclesia vr̄a e. ti. Sꝫ hoc est verū ſcđm Jo. de lig. si simpliciter dicit nolo eligere vel renūciat Secus si solēniter in capitulo renūciaret qꝛ tūc alijs inuitis postea non admittereť ¶ Secūdo inferť ꝙ isti sic vocati qui nolūt interesse nō debent in numero duaꝝ partiū ꝯputari ¶ Tercio requiriť ꝙ possint comode interesse et hec comoditas referť ad comoditatem ecclesie ⁊ nō psone ſcđm doc. Quare si nō pñt comode vocari pp̄ter nimiā distantiā vel sunt picula īminētia aut discrimīa viaꝝ aut guerre cōtinue. vel forte timetur piculū scismatis aut

intrusio laice ptātis vł hmōi pꝑter q̄ nō pt fieri de facili vocatō pt electio sine illoꝝ pn̄tia fieri Cessantibus tn̄ p̄dictis et cōsuetu‑dine. absentes sunt vocādi per nunciū aut lr̄as qd̄ tutius est ali as electō absentib⁹ ↄtēptis veīt irritāda per eos si voluerīt Nō est ergo irrita electio. ip̄o iure ꝫ irritāda. ↄtēptis pro sequētibus iniuriā suā alias nō vt in ca. Bone de elect. Si aūt oēs essent p̄‑sentes puta in ciuitate sufficit cōgregare per nunciū iuratū aut p sonū campane si hoc est de more in illo loco vt in c. cū in cau‑sis ca. ti. ¶ Et nota ꝙ si scitur vbi aliquis est et in loco vn̄ vo cari debet citandus est psonaliter Sed si nescitur tūc citari debꝫ in loco vbi morari cōsueuit per publicū edictū. vt in c. Fi. de eo qui mittiꝛ in pos. et ca. Ex parte de foro cōpe. ¶ Fiet aūt talis vocatio siūe citatio sub hac forma.

Citatō psonał absentiū ad electōꝫ

¶ Wilhelmus p̄positus et capitulū ecclesie Pata. N. Canonico Patauieñ. Wienne cōmoran. Salutē in dn̄o Frn̄itati vr̄e sig nificamus ꝙ bone meōrie quondā f. Ep̄s nr̄ die tali viam fuit vniuerse carnis ingressus et corpus eius reuerēter debita ecclesia stice traditū sepulture Ne igitur eccl'ia nr̄a ꝑpter diuturnā voca tionē grauē paciatur in tēporalibus et sp̄ualibus lesionē diem xxiiij. huius mensis et mane horam septimā post decantatū de sctō sp̄u officiū. cū ↄtinuatōne sequentiū dierum si opus erit ad tractandū de futuri electōne pōtificis ad electionē celebrandam duximus statuendā Quo circa vos requirimus et citamus qua tenus die ip̄a ac hora p̄fixa nobiscū ad tractandū et coeligendū vnanobiscū cōuenire curetis Alioquin nos extūc ad eā ꝓcedere curabimus vr̄a absentia non obstāte Et vobis vlterius nō vo catis etiā si ad aliū terminū fuerit electō ꝓrogata Qd̄ si forte iu‑sto impedimēto detenti venire nequeritis et velitis aliqm de cō canonicis cōmittere vices vr̄as ad nos sufficiēter vestrū specia lem et ydoneū nunciū trāsmittatis qui iuxta statutū generalis cōcilij sup ip̄o impedimēto faciat plenā fidē Datū ꝛc. Hec for‑ma ꝓbaꝛ in c. Cū inter vniuersas. et c. Quia ꝓpter. et c. Bone. ij de elec. ¶ Ex quo inferꝛ ꝙ elector absens si est iusto īpedimēto

detentus vt venire nō possit potest cōstituere procuratorē alias non vt in d.c.Quia ppter Scđo ex eodē infert q elector absens nō potest extraneū cōstituere pcuratorē sed debet vices suas ali cui de collegio cōmittere et si nullus vellet esse nō posset extrane um capl'o nolēte deputare neq; per lr̄as votū suū exprimere. vt in d.c.Quia ppter et c.Pe.e.ti.li.vj. Et hoc intellige nisi alij electores velint isti gratiā facere Nam eis volētibus potest cō= stitui extraneus ad hoc c.scriptū de elec. ❡ Tercio infert q ta= lis sic absens p̄t vnū vel plures pcuratores instituere ad eligēdū Tn̄ si plures instituit oportet q quilibet sit in solid̄ alias nō ad mittetur Et si simul cōcurrant potior erit cōditio p̄occupantis Si vero nullus eoꝝ p̄occupat tunc capl'm admittet quē volue= rit.vel si maior pars capl'i nō cōcordat.admittetur qui prior est institutus Item oportet q pcurator institutus non eligat vnū suo noīe.et alterū noīe pcuratoris q2 nihil valeret nisi dn̄s speci ale mandatū dedisset de aliquo noīando q2 tunc illū noīe dn̄i et alterū suo noīe poterit noīare.vt in c.Si quis de elec.li.vj.

Alia citatio personalis ad idem.

Wilhelmus dei gratia p̄positus totuq; capl'm ecclesie Patauen̄ Venerabili ɔfratri nr̄o.N.Salutē in dn̄o Cū bone meōrie dn̄s N.Ep̄s ecclesie nr̄e nouissimus die quarta p̄ntis mensis qđ nō sine grandi mentis amaritudīe referimus nature soluēs debitū sp̄m suū reddiderit creatori Nos ipius corpore tradito reuerēter vt decuit ecclesiastice sepulture nolētes dictā ecclesiā nostrā exi stere pastoris diutius solatio destitutā die lune post festū .N. xxiiij.mensis.N.proxime futuri cū ɔtinuatōne dieꝝ oīm sequen tiū cōcorditer p̄fiximus ad electionē futuri pastoris et ep̄i in cu ria ep̄ali celebrari Ac ad oīa alia pagenda que ipius electōis ne= gotiū cōtingere dinoscūtur Vt igitur ignorantiā sup hoc p̄ten= dere nequeatis aliq;.vobis p̄fixionē hmōi duximus ītimandā Vos tenore p̄ntiū citātes put citamus et vobis mādamus qua tenus dicta die lune mensis.n. mane hora capl'i quā diē et horā cū oībus diebus sequētibus quousq; ipius electōnis negotiū fue= rit expeditū vobis haꝝ serie assignamus et p̄figimus ad curiā

episcopalē predictā si volueritis et vestra credideritis interesse veniatis et cōpareatis vna nobiscū de electōne futuri nostri epi tractaturi et ad ipm episcopū dante dn̄o eligendum ac in ipo electionis negocio modo debito pcessuri Alioquin vobis nō expectatis nec vlterius si p̄dictus per nos fuerit terminus prorogatus cōuocatis in hmōi electōnis negocio pcedemus vestra absentia non obstante Ad istas autē lr̄as vobis p̄sentandas et intimandas. dilectū nostrū. N. cursorē duximus specialiter deputandū. Et insignū hmōi mandati nostri suscepti. ac nūcij. sigillum vestrum apponatis aut manu propria subscribatis siue per alium vestro noīe subscribi faciatis Datum Patauie ꝛc. ¶ De p̄sentatōne aūt harum lr̄aꝝ que aperte debent esse secundū Specu. ti. de elect. §. j. v̄ forma aūt ꝛc. Et fiat publicū instrumentū p̄cipue si nuncius non fuit iuratus. maxime si esset suspicio citatum nō venturum Item si aliquis latitat ne citatio ad eum perueniat vt sic possit dicere se contemptū. put quidā maliciose faciunt. fiat citatio in domo et loco vbi habitat. et sic nō poterit impedire electionē Item licet absens sciat prelati obitum et diem statutā. nihilominus consulit. Specu. vbi supra q̄ citetur ar. in p̄dicto ca. Cum inter quia dicit vocatis qui volunt. Cōmunis v̄o practica ad excludendū maliciosas exceptōnes oīm absentiū habet q̄ vltra p̄sonales citatōnes absentiū Etiā affigit̄ citatio per edictū in valuis ecclesie vacātis Que fieri potest sub hac vel cōsimili forma.

Forma citatōnis per edictū absentium ad actum electōnis ecclesie vacantis.

Wilhelmus dei gratia p̄positus. B. decanus Totumq̄ capitl'm ecclesie Pata. Vniuersis et singulis p̄sentes nostras lr̄as inspecturis quosq̄ infra scriptum tangit negociū Salutem in dn̄o Cum reuerendus in christo pater et dn̄s dn̄s N. felicis recordatōnis ecclesie Patauien̄ Episcopus volēte deo ex hoc seculo sublatus sit. corpus q̄ eius reuerentia debita ecclesiastice traditum sepulture Et mater nostra ecclesia Pata. heu pastoris solatio sit destituta Ne pro defectu pastoris gregis dn̄ici lupus rapax inuadat aut in facultatibus suis eadem mater nostra ecclesia

Patauieñ pastore viduata graue dispendium paciatur Volen-
tes in hoc occurrere periculis animaꝝ et iamdicte ecclesie indēp
nitatibus prouidere. preuia et matura deliberatōne prehabita
duximus et capitlr̄ deliberauimꝰ ad electionē futuri pōtificis ꝑ
nos eo citius fore ꝓcedendū pro die electōis et ꝑficiēdi pontificis
diē videlicet lune decimā octauā cū cōtinuatōne sequentiū dieꝝ
mensis Marcij nūc currētis pro loco vero Stubā supiorē aule
Epālis hic Patauie more solito Et horā terciaꝝ. vel quasi ei-
usdē diei. pacto prius de spūsctō officio deputamꝰ Jdcirco teno
re p̄sentiū iuxta sacroꝝ Canonū statuta ad p̄missos diē horā et
locū. primo secūdo tercio ac pemptorie euocamus requirimꝰ et
citamus oēs et singl'os sua ꝯmūiter vel diuisim interesse putan
tes. vt in termīo p̄fixo. quē eis et cuilibet eoꝝ pro primo secūdo
tercio et pemptorio termīo assignamꝰ. in loco p̄noīato pro suo
interesse cōpareāt et quilibet eoꝝ cōpareat Ad tractandū eligen
dū postulandū noīandū. aut quauis alia forma. iuxta spūsctī
grā coopante. nouū pōtificē p̄noīate ecclie ꝑficiendū. seu tracta-
turi. eligi. postulari noīari aut quauis alia forma ꝑfici videndū
Aut dicturi excepturi et allegaturi verbo vel in scriptis. quomi
nus ad hmōi actus ꝓcedere debeamꝰ Alioquin nos ex tūc ad ea
ꝓcedere curabimus. alicuius absentia nō obstāte Volētes etiam
de p̄ntis lr̄aꝝ nr̄aꝝ insinuatōe affixione et executōne. nr̄i iura-
ti nūcij stare relatōni Datum Patauie. ꝛc.

¶ Ex quibus finaliter dū querit̄ Qui sunt vocādi ad electionē.
Rn̄det̄ ꝙ oēs qui sunt p̄ntes ad quos ptinet eligere et etiā absen
tes sunt vocādi scd̄m qd̄ habet cōsuetudo vt in ca. Corā de elec.
Quia licet de iure absentes sint vocandi vt in d. c. Quia ꝓpter.
Tn̄ ꝯsuetudo pt̄ itroducere vt nō vocētur et valet electō vt no.
Panor in d. c. corā et c. cumana e. ti ¶ Quid si nō vocēt̄ alij qui
sunt priuati vel inabiles ad eligendū Rn̄det panor in c. ij. de po
stul'. p̄la. ꝙ tenet electō licz nō sit discussū an sint priuati qr suffi
cit ꝙ postea possint cōuinci. ¶ Vtrū cōuersi sint vocādi et habe
ant vocē in electōe p̄lati Rn̄sio ludo. de roma in suis singulari
bus tenet ꝙ nō allegat c. ex eo de elec. li. vj. Nisi antiq̄ cōsuetu-
dine hoc haberēt ſm Jnnocē. in c. ij. de insti. Jdē tenet fride. de

senis cõse.j.d' vij.p tex.in c.et si christus de iur. iurani in v vos et cõuersi.rc.

Prattica ¶ Cõsequẽter aduenięte die electõis electores mane in ecclia cõueniãt missam de sancto spũ audituri quẽ hũiliter exorabũt vt eos ad dignũ eligendũ pastore inspirare digneẽ. Et ßm decretũ cõcilij Basilieñ.qd infra ponit oẽs debẽt cõfiteri et cõicare Si quis tñ electorꝝ sacerdos est suffi cit eũ hac die legere missam Deinde celebrata missa de sctõ spũ cõueniãt electores in ecclia vel caplo aut alio loco cõsueto Qib' aũt in loco statuto cõgregatis dicat ps Ad te leuaui.p alternos choros cũ glia. Pr nr. Et ne.v. Saluos fac seruos tuos deus meus sperantes in te Mitte nobis dñe auxiliũ de sctõ Et de syon tuere nos Nihil pficiat inimicus in nobis Et filius iniquitatis nõ apponet nocere nobis. Dñe deus vtutũ cõuerte nos Et ostẽ de faciẽ tuã nobis et salui erim' Dñe exaudi orõnẽ rc Dñs vo.

Oratio Pretẽde dñe famulis tuis dextrã celestis auxilij. vt te toto corde pquirant et que digne postulant assequãtur. Per xpm Bñdicamus dño rc

Prattica Postea fit collatio.que fieri pt ad electores tm cũ nũc sunt in loco electõis cõgregati. Potest etiã fieri ad electores et pplm sub missa de sctõ spũ. Collatio siue orõ ad electores tantũ fiat hoc aut cõsili modo

Collatõ añ electõez ad eligẽtes tm

ET si pstãtissimi pres ego ipe oim disciplinaꝝ et psertim artis oratorie ignarus existã Hanc tñ dicẽdi puinciã in psentiaꝝ ex eoꝝ qui in me sũmũ hñt imperiũ obediẽdo iussu assumpsi quibus resistere nephas esse existimabã Si quid igitur a me in pñtia dictũ erit qd ex parte accusatiõnẽ pmereat Id queso venia dignũ vr̃a pro facilitate iudicetis Et ne diutius suspẽso vos aĩo teneã.dicendũ mihi est de electõne futuri psulis Qui ea vita sit his moribus.eaqꝫ doctrina vt vos oẽs rite recteqꝫ et regere et gubernare possit Quibus aũt rebus talem hoĩem redimitũ esse oporteat scitis oẽs qd satis his breuioribus verbis persuasum facio

Thema collationis.

¶ Eligite meliorē et eū qui vobis placuerit de filijs dñi vři. ori
ginaliter loco thematis. iiij. Regū. x. ca. In quibus quidē ver-
bis tria que ad rectā electionē p̄lati requirūtur breuiter tāgūtur.
Pr̄o in electōe p̄lati requirit̄ sublimitas meriti ibi Eligite me
liorē. q̄si diceret. nō fatuū. ꝫ sapiētē nō malū. ꝫ bonū. nō iniquū
ꝫ iustū qꝛ sciēter eligēs idignū et malū electōe priuat̄ Et actiue
qꝛ illa vice nō p̄t eligere Et passiue qꝛ nō p̄t eligi. vt dicit decre-
talis cū in cūctis de elect. Nā vẽm quis ignoret celeberrimi dñi
primū hunc hoīem qui vobis p̄esse debet. iusticia decorari opor-
tere sine qua nihil est ꝙ bñ laute regi. aut institui possit. siue id
corpus siue aīam inspiciat. possem quippe in mediū. multa exē-
pla variasq̄ historias afferre. quibus pbarē ex ingratibus iniu-
stis atq̄ p̄latis iniquis. maximā pniciē et detrimēta innumera
mortalibus ꝯtigisse. que ex parte ꝯnumerarē. nisi hec aīo sedere
vřo arbitrarē et oculis ꝓspecta censerē. Prudentē de hinc hūc vi
rum esse cōdecet. vt is sua prudētia. vřas queat ratōnes atq̄ bo
na fortune ꝯtutari Quid subinde de fortitudīe dixero ea sane ne
cessaria est ei qui eccl'iam tam insignē gubernatur⁹ est. vt is in-
trepide rebelles. eccl'iasticeq̄ obſuātie inimicos. atq̄ eos qui fra
treas tenēt obtundat atq̄ lōge repellat Neq̄ id vos latere debꝫ
sapiētissimi prēs. eū qui vobis p̄ficiēdus veit quā modestissimū
esse oportere. vt iā oēs prauas cupiditates. immoderatosq̄ aī af
fectus ab sese lōge abiecerit Nā quo pacto quis vnq̄ aut quo le-
ge alioꝝ cupiditates frenabit qui suas cohibere non p̄t Neminē
p̄terea adhuc legimus aut vidim⁹. qui recte aliquoꝝ hoīm socie
tatē rexerit vbi seipm emēdare nequiuerit suāq̄ vitā in meliorē
partem redigere. ¶ Facilitas p̄terea atq̄ optata benignitas illi
haut debet esse aliena. et vnūquēq̄ ex grege suo cui p̄fuerit. pa-
ciēti equo q̄ aīo audiat. suāq̄ honestissime foueat causam Qua
ēm quis autoritate. dignitate. sapiētia ceteris fuerit p̄stātior. eo
maiori atq̄ locupletiori. illū benignitate cōuenustari oportebit
¶ Aduertendū quoq̄ erit ꝙ is scientia et lr̄aꝝ copia redimdet.
ne vlla animi cecitas aut ignorantia ecclesie vestre. vllam pos-

sit in hac vrbe inter doctos. labem aut incomodū afferre. Bene igitur dictum est Eligite meliorē.

¶ Secundo in electōne libertas arbitrij requiritur Ibi Et eum qui vobis placuerit. qd ideo dicitur qr nullus eligere cogitur Vñ quilibet et iuri suo renūciare et vti pt Alliciat tñ aliquis ad eligē-dū magis vnū qȝ aliū propter duo. Primo si inuitatus renuit. Vñ Grego. in registro Eligendus est qui inuitatus renuit. quesitus refugit. repellendus pculdubio est qui vltro ambit vel importunus se ingerit Secūdo si in minori officio non defecit. Augu. in quodā sermone Ad episcopalē dignitatē eligi non de-bet. qui minora officia gubernare non didicit. qr cura nauis illi cōmitti non debet qui remū tenere non nouit

Tercio in electōne attenditur ppinquitas vinculi Ibi De filijs dñi vestri Magis em̄ ad dignitatē eligi debet ille qui est de gre-mio ecclesie qȝ extraneus vt in ca. Abbatē. et ca. Abbas. xviij. q. ij. et ca. Cum inter canonicos de elect. Ille em̄ qui est de gre-mio. vt in pluribus cōsueuit esse vtilior quantū ad bonū cōmu-ne. Magis em̄ diligit ecclesiam in qua nutritus est Verū hec si in gremio repiatur ydoneus Alioquin tripliciter peccaret si ex-tra gremiū non eligeret In deum per iuramenti violationē In se contra conscientiā eligendo Et in electū cuius idignitatis se participē faceret Quid plura dicā illū denicȝ siue de gremio siue extra in episcopum vestrum designandū et laudo et probo. cui ea oīa insint qui tanto regimini et incremento ecclesie vestre conuenire videantur. Id modo restat carissimi patres vt com-monefaciam ne quisqȝ vestrum Ex consanguinitatis vincu-lo Ex loco Ex comodo proprio Vlloqȝ animi affectu hanc in electionē contrahatur Sed animo sincero atqȝ immaculato. quod fore reor is vniformiter a vobis eligatur. qui virtutibus superioribus sit insignitus atqȝ longe ornatus Quod si a vobis factum erit hic inter mortales gratiam ⁊ ecclesie vestre summū ornamentū atqȝ apud diuos celicos eternam gloriā cōsequemini Adqȝ quam vos perducat qui viuit et regnat per infinita secula benedictus Amen.

Collatio electōis ad clerū ⁊ ppl̄m

acta per me in electōe Reuerēdissimi dn̄i dn̄i Cristofferi Epi
Patauien̄ moderni Anno dn̄i .M.cccc.xc. vndecima mensis
marcij que erat quīta feria post dn̄icā remīscere in q̄dragesima.

Sicut audio iudico et iudici=um meum iustum est.

Verba sunt redēp-
toris nostri Johannis.v.ca.trāssumptiue de conse.dis.v.ca.si.
et in hodierne diei euangelio licet xp̄us verba p̄missa dixerit de
iudicio veritatis quo quis iudicat de manifeste virtutibus aut
vicijs proximi sui.etiā recte de quo dicit Joh.vij. Nolite iudi-
care scd̄m faciē.sed iustū iudiciū iudicate Tn̄ qz hodierna dies
p̄fixa est pro die electōnis futuri pontificis huius insignis eccle
sie Patauien̄ Ideo p̄dicta verba de iudicio electōnis exponam
¶ Ad cuiꝰ euidentiā Nota ꝙ in scriptura sac̄ triplex rep̄it electō
scilicet eternalis temporalis et ratōnalis siue canonicalis Pri-
ma electō eternalis est idem qꝺ p̄destinatio.qua deus elegit ab
eterno ex toto humano genere btīficādos in gloria de qua apo-
stolus ad Ephe͡s.j.Elegit nos in ip̄o ante mūdi cōstitutionē.
Qui aūt et quot sint isti electi solus ille nouit qui eligit Vnde in
Collecta dicitur Deus cui soli est cognitus numerus electoꝝ in
sup̄na felicitate locādus. ¶ Secūda electio tēporalis est idē qꝺ
vocatio tēporalis.que si ad tēpus sit ad gratiā non tn̄ semꝑ ad
gloriā sic electus fuit iudas Ideo dicit Saluator Joh.vj Nōne
ego duodecī vos elegi et vnꝰ ex vobis diabolꝰ ē.Tercia electio
ratōalis est alicuiꝰ ꝑsone ydonee ad dignitatē vel fraternā soci
etatē ꝫuata forma canoīca facta vocatō. Et ꝺ hac hic loq̄turēdo

Prosecutō themat ꝺ canoīca eletōe

¶ Ad hoc aūt vt ista electio sit iusta et ratōnalis tria requirūt
Primū est ꝙ fiat sine mala inductōe Vbi Nota ꝙ ad eligendū
aliquē in ep̄m seu p̄latū aliqui diuersis motiuis siue respectibus
inducūt Prīo aliq̄ inducūt ꝑ numerū largitōes sicut Jasan cui
anthiochꝰ vēdidit sacerdotiū vt habet.ij.Mach.iiij Sic eligē-
tes et electꝰ simoniā ꝯmittūt vt.j.q.iij.ꝑ totū Et sunt siles Si
moni mago cui dixit petrꝰ Ac.viij.Pecūia tua tecū sit ī ꝑditōz

Electio etiā talis ip̄o iure nulla est Et tam eligentes q̄z electus
ip̄o facto sententiā excōicatōnis incurrūt Silr piuriū. scd̄m de
clarationē cōcilij Basilieñ. qd̄ incipit Sicut in cōstruenda do-
mo 7c. ¶ Secūdo aliqui inducūtur per precū oblatōnes Et cir-
ca hoc distinguit glo. in c. Tuā de eta. et quali. or. Aut quis eli-
gitur in Ep̄m suis p̄cibus interuenientibus. aut alienis Si suis
aut per ip̄m p̄curatis quantūcunq̄z idoneus est simonia cōmitti
tur. vt. j. q. j. Ordinatōnes Item p̄sumptuose qr̄ dicit Aug. in c.
Ante oīa. xl. dis. Nihil est hoc tēpore laboriosius Ep̄ali officio
sed apud deū. nihil beatius si eo modo militet quo impator nr̄
iubet. Itē et illicite vt in c. Nullus itaq̄z. j. q. j. Et talē eligentes
incurrūt piuriū ex forma iuramenti qua iurāt q̄ nō velint dare
illi vocē. quē verisilr sciūt p̄ce per se vel aliū interposita electio-
nem p̄ se p̄curare. ¶ Potest tn̄ ꝫm doc. quis p̄ces porrigere p̄ bñ-
ficio simplici absq̄z metu simonie si sentit se dignū et indiget vt
in ca. Tua nos de simo. Cōcordat S. Tho. scd̄a scd̄e. q. c. et in
quarto dis. xxv. Quidā etiam dicunt q̄ licet rogare etiam pro
beneficio curato si est dignus et indiget Et si non indiget. etiā
si petit beneficiū simplex peccat scd̄m Sctm̄ Thomā vbi supra
¶ Si aūt p̄cibus alienis p̄mouetur quis ad Episcopatū. aut
sunt p̄ces carnales aut sp̄uales Si p̄ces sunt carnales et fiūt pro
indigno tam ille qui offert ac illi qui exaudiūt symoniā cōmit
tunt. vt in c. De ordinatōnibus. j. q. j. qr̄ succedunt tales preces
loco precij. j. q. j. Sunt nōnulli. Si fiūt pro digno. dūmodo eli
gētes nō hn̄t respectū ad preces sed ad merita licite pn̄t admitti
vt in dic. c. Tuā et. j. q. j. quibusdā. Si vero p̄ces sunt sp̄uales
admittūt possunt nec inducūt symoniā. j. q. j. Latorē. ¶ Debēt
tn̄ hmōi preces esse nō meticulose cōminatorie et extorsiue. qr̄ ta-
les semp̄ sunt illicite Vn̄ Leo papa in ca. Principatus. j. q. j. di-
cit principatus quē metus extorsit aut ambitus occupauit. etiā
si moribus aut actibus suis non offendat. ipius tamē inicij sui
est pnitiosus exemplo qr̄ vix bono pagūtur exitu que malo sunt
inchoato principio Hoc est contra eos qui in electōne cōsiderāt
quis sit regibus et principibus acceptior timētes ne tales nō ex-
audiendo offendāt. etiā si pro indigno petāt. Tales non eligūt

per spm̄sctm̄ sed per spm̄ suū neq̄ʒ Cōtra quos dicit̄. iiij. Regū. x.
Eligite meliorē et eū qui vobis placuerit ⁊c̄. nō dicit qui princi-
pibus placuerit Intellige si est indignus primo et principaliter.
Sʒ qꝛ electores h̄ iā nō faciūt Ideo legit̄ quendā regi Ludouico
francie quęrēti Cur nō fiūt miracl'a p̄ ep̄os sicut olim sic rn̄dis-
se. Dn̄e inquit olim fiebāt electi et electores per spm̄sanctū cu-
ius facere est miracl'a. nō fiūt p̄ reges et principes qui facere mi-
racula non pn̄t Ideo conciliū Basilien̄ obsecrat per viscera mise-
ricordie iesu christi. ac instantissime exhortat̄ reges et principes
ne electoribus lr̄as scribāt vel p̄ces porrigāt pro eo qui per se vel
aliū tales lr̄as impetrat Nec cōminatōnes imp̄ssiones aut ali-
ud faciāt quo minus ad electionē libere p̄cedat̄ Silr̄ in virtute
sctē obediētie p̄cipit electoribus. ne ad has lr̄as. preces ꝯminatō-
nes aut imp̄ssiones quenq̄ʒ eligere p̄sumant. ¶ Tercio aliqui in-
ducūtur ad eligendū aliquē ex comodo p̄prio Nam vt dicit hol
kot sup̄ li. sapiētie lectōne. clxxix. Considerāt nōnulli electores
nō quis sit melior vita. clarior sciētia. et celebrior fama. ꝟ quis
in bn̄ficijs cōferendis et subuētōnibus p̄mptior ⁊ in criminibus
coꝝ dissil'andis magis cōmodior. et cōuiuijs et expensis p̄fusior
in ociosaq̄ʒ familia locupletior Ex istis causis aliquē eligens
mortaliter peccat. qꝛ nullus debet in electōne propriā vtilitatē
sed comunē inspicere Vn̄ Grego. in registro et habet̄ in ca. Di-
lectissimi. viij. q. ij. dicit officij nr̄i dilectissimi filij censura cō-
moniti suademus. vt in suscipiendi antistitis causa nullus ve-
strū neglecta cōmuni vtilitate. suo lucro p̄spiciat. ¶ Quarto ali-
qui inducūtur ad eligendū ex odio scilicet cum aliquē ad prela-
turā eligunt p̄pter malū quod ei optant ex odio quod ad eū ha-
bent. tales tenētur ei ad om̄e damnū quod ei accidit ex eo vt di-
cit glosa in ca. Honoratus. lxxiij. di. ¶ Quinto aliqui inducū-
tur ad eligendū aliquē ex vinculo scilicet cōfraternitatis Et cir-
ca hoc dico q̄ electio debet magis fieri de gremio quā de extra-
neo. vt in ca. Abbatē. xviij. q. ij. et ca. Cum inter canonicos de
elect. Ratio qꝛ ille qui est de gremio vt in pluribus cōsueuit es-
se vtilior quantū ad bonū cōmune. qꝛ magis nouit negocia ec-
clesie q̄ʒ extrane⁹ Item secūda ratio talis magis diligit ecclesiā

in qua nutritus est q̄ȝ extraneus Sicut verus ⁊ naturalis pater magis diligit filiū naturalē q̄ȝ nouercus. ꝑpter hoc mandatur Deutro. xvij. Non poteris alterius gentis facere regē qui nō sit frater tuus ℭ Sexto aliqui inducūtur ad eligendū aliquē ex bono publico. videlicet ꝑpter zelū boni publici Et hoc faciunt illi qui remota oī affectōne ꝑsone munere vel prece ⁊c. eligūt illum quē credūt in futurū ecclesie in spūalibus et tēporalibus vtiliorē prout sunt iurati Non tn̄ oportet scd̄m iudiciū humanū ꝙ eligant meliorē simpliciter Illū scilicet qui apud deū est sanctior ⁊ in maiori caritate Sed sufficit eligere meliorē scd̄m quid illum scilicet qui est doctior. potentior. discretior. ⁊ vtilior ad regendū vt in dicto. c. Cū nobis. cōcor. S. T. in postilla sup illud Joh Simon iohānis diligis me plus his. et scd̄a scd̄e. q. clxxxv.
Secundū quod requirit̄ ad iustā electionē est congrua dispositio eligendi. hoc est illius qui debet eligi Debet aūt eligendus in Ep̄m primo esse legittime etatis et de legittimo mr̄imonio videlicet. xxx. annoꝝ cōplete Alioquin electores priuati sunt eligendi ꝑtāte et a bn̄ficijs per trienniū suspensi. vt in c. Cū in cunctis de elect ℭ Secūdo debet esse sciētia lr̄aꝝ p̄ditus Nam ꝑpter defectū sciētie repellitur quis ab Episcopatu etiā iam ꝑmotus. vt in ca. vltīo de eta. ⁊ quali. et in ca. Nisi cū pridem. de renūc. ℭ Tercio debet esse in sacris ordinibus cōstitutus. vt in c. Nullus. lx. di. Et ad minus debet esse subdiaconus. vt in c. A multis de eta. et qua. or de tēplo ordi. ca. Dilectus. ℭ Quarto debet esse grauis in moribus et vita decenti qr dicit̄ Symachus papa Vilissimus cōputandus est qui p̄cellit dignitate nisi p̄cellat alios sciētia et scītate. j. q. j. Vilissimus. ℭ Mores aūt et virtutes quibus eligēdus debet esse ornatus. ponit Apl's. j. ad Thimo. iij et ad Titū. j. dicens Oportet Ep̄m esse irrep̄hensibilē. sobrium. prudentē. pudicū. hospitalē. doctorē. nō vniolentū. non iracundum. non superbū. non litigiosum. nō cupidū. sed domui sue bn̄ p̄positū. ⁊c. Prosequit̄ Grac. a. xxiij. dis. vsq̄ȝ in fi. dis.
ℭ Terciū quod requirit̄ ad iustā electionē est cōsensus oīm eligentiū vel maioris et sanioris partis Nam in electōe debet esse cōcordia sanioris et maioris partis toti⁹ capitl'i id est vltra me

dictatē eligentiū. alias electio nō valeret. vt in c. Quia ꝓpter de elect. ¶ Exhortare in fine electores vt p̄dicta in electōne obseruent et per hec cōclude sermonē ꝛc. ¶ Post collationē vel ante. Cū nō habetur aliquis qui faceret collationē legātur aliqua ad debite eligendū accomoda. Et p̄sertim ante oīa legatur decretū concilij Basilieñ. de electōne. quod infra sequitur.

Sequit̄ decretū sup electōibus p̄latorū ꝑpetuū editū in publica sessione Cōcilij generalis Basilieñ.

Anno dñi. M. cccc. xxxiij. publicatū die crastina post diē sancte Margarethe virginis et martiris.

Sicut in cōstruēda domo p̄cipua ē architectoris cura vt tale iaciat fundamentū sup quo firmū ꝑduret edificiū Ita in generali ecclesie reformatōne potissimū est huius sctē sinodi studiū vt tales ecclesijs p̄ficiātur pastores qui tanq̄ colūpne ac bases ip̄am eccl'iam doctrine ⁊ meritoꝝ viribus firmiter sustentēt ¶ Quāta igit̄ in eligēdis p̄latis diligētia adhibenda sit. officiū eis iniūctū euidēter ostēdit Ad regimē eni assumūtur aīaꝝ ꝓ quibus dñs nr̄ iesus christus mortuus est et sanguis eius p̄ciosus effusus ꝓpterea sacri canones spū dei ꝓmulgati prouide statuerunt vt vnaqueq̄ ecclesia Collegiū seu cōuētus p̄latū sibi eligat Quibus sctā sinodus eodē spū cōgregata inherens statuit et diffinit generalē reseruationē oīm ecclesiaꝝ metropolitanaꝝ kathedraliū Collegiataꝝ monasterioꝝ ac dignitatū electiuaꝝ Per romanū pontificē decetero fieri aut facta vti nō debere reseruatōnibus in iure clausis et his quas in terris Romane ecclesie ratōne directi aut vtilis dominij mediate vel īmediate subiectis fieri cōtigerit semp exceptis ¶ Sed q̄ per electōnes ac cōfirmatōnes canonicas scd'm iuris cōmunis dispositionē p̄dictis metropolitanis kathedralibus Monasterijs et collegiatis ecclesijs et dignitatibus electiuis vacātibus debite ꝓuideatur. nō derogando ꝓpterea statutis priuilegijs et cōsuetudinibus ratōnabilibus quibuscūq̄ postulatōnibus in iuris cōmunis dispositōne remanentibus. ¶ Decernit hec sctā sinodus ratōne fore cōsentaneū et reipublice accomodū. vt cōtra hoc salutare decretū Romanus

pontifex nihil attēptet. nisi ex magna ratōnabili ac euidēti cau
sa in lr̄is apostolicis noīatim exprimēda. ¶ Et vt eo firmius
hoc salutare decretū custodiat̄ vult eadē scā Sinodus vt inter
alia que Romanus pōtifex in sua assumptōne ꝓfitebitur. iuret
hoc decretū inuiolabiliter obseruare. ¶ Et qm̄ tales vt predictū
est oportet esse p̄latos hij ad quos ꝑtinet ius eligendi oēm curaꝫ
adhibeāt vt dignā corā deo ⁊ hoībus electionē faciant exactāqꝫ
ꝓinde apponāt diligentiā. vt tales eligant qui tanto officio va
leant satisfacere. ¶ Scientes ꝙ si dolose vel negligenter ac ti=
more dn̄i postposito in re tam graui se gesserint. sicut auctores
et causa erunt maloꝝ pastoꝝ Ita participes fiant penaꝝ quas
ipi mali pastores in districto dei iudicio paciētur ¶ Et cū hūa=
ne fragilitatis conatus sine oīpotētis dei suffragio nil queat ef
ficere a quo om̄e datū optimū et om̄e donū ꝑfectū descendit ad=
ueniēte die electōnis. hij ad quos pontificis vel abbatis spectat
electio. in ecclesia cōueniāt magna cū deuotōne missam de scō
spū audituri quē hūilr̄ exorabūt vt eos ad dignū eligēdū pasto=
rem inspirare dignetur. ¶ Et vt eo facilius gratiā hanc obtine
re mereātur quo deuotius ad actū electōnis accedāt. contriti et
cōfessi sacramentū eukaristie reuerēter suscipiāt. ¶ Ad locū vero
electōnis ingressi pro quocūqꝫ p̄lato qui per electionē assumitur
iurabūt in manus eius qui caplo p̄sidebit Et ipe p̄sidens in ma
num. eū inmediate sequētis sub hac forma. ¶ Ego n. iuro et ꝓ=
mitto oīpotenti deo. tali scō vel scē sub cuius vocabulo dedi
cata est ecclesia eū eligere quē credā futurū ecclesie in spūalibus
et tēporalibus vtiliorē Nec illi dare vocē quē verisilr̄ sciuero ꝓ=
missione aut datōne alicuius rei tēporalis seu p̄ce per se vel aliū
interposita aut alias qualitercūqꝫ directe vel indirecte pro se ele
ctionē ꝓcurare. ¶ Id iuramentū p̄stet cōfiteaturqꝫ et cōicet qui
cōstituit ꝓcuratorē ad eligendū certā ꝑsonā ¶ Necnō ꝓcurator
generaliter cōstitutus in casibus in quibus scd̄m iuris cōmunis
dispositionē in hm̄oi electōnis negocio ꝓcurator cōstitui potest
Quod etiā iuramentū p̄stetur ab his in quos cōtinget sup electō
ne futuri p̄lati fieri cōpmissum Qui etiā cōfiteri et cōicari teneā
tur ¶ Qd̄ si p̄dicta nō fecerint eligēdi pro ea vice sint ipo iure po

testate priuati. ¶ Deinde eligant in p̄fatis p̄latū. virū etatis legittime. moribus grauē. lr̄aꝝ scīētia p̄ditū. in sacris or̄dibus cōstitutū. ac alias ydoneū ẜm canoīcas sanctiones Q̄d si aliter et de alia pſona q̄ꝫ vt p̄dictū est. aut ꝑ symoniacā prauitatē electōnem fieri cōtigerit electio sit ip̄o iure irrita et inanis Et sic symoniace eligētes preter alias penas perpetuo sint ip̄o facto iure eligendi priuati. Alij vero canonicis penis subiacebunt. Symoniace aūt electi et qui h̄mōi symoniace electōnis participes fuerint. taliterq̄ꝫ eligentes et confirmati in horrorem tanti criminis. penam ip̄o facto excōmunicatōnis incurrant. Nec a tali reatu et excōmunicatōne electi et confirmati absolui possint. nisi ecclesias et dignitates ad quas turpiter assumpti sunt libere resignauerint. et ad eas obtinendas quas nephando ingressu adepti sunt perpetuo reddantur inabiles. ¶ Ad tollendā autē oēm ambitōnis radicem obsecrat per viscera misericordie iesu christi hec sancta Sinodus ac instantissime exhortatur reges. principes. cōmunitates et alios cuiuscunq̄ꝫ status et dignitatis existant ecclesiastice. vel mundane. ne electoribus lr̄as scribant. vel preces porrigant pro eo qui perse vel alium tales lr̄as vel preces. multoq̄ꝫ minus. cōminatōnes. impressiones. aut aliud faciant. quo minus ad electionem libere procedatur. ¶ Similiter in virtute sancte obedientie ip̄is electoribus p̄cipitur ne ad huiusmodi lr̄as. preces. cōminatōnes aut impressiones vt p̄mittitur quenq̄ꝫ eligere presumāt. ¶ Facta autē electōne et ei ad quē ius pertinet confirmandi p̄sentata si apparet coelectus vel se apponant electōni. nomīatim vocetur ad videndū discuti electōnis negocium. et nihilominus edictum publicum in ecclesia in qua facta est electio proponatur iuxta constitutionē fe. re. Bonifacij. viij. ¶ Cōparentibus autem aliquibus vel non. nihilominus ip̄e confirmator ex officio tanq̄ꝫ in negocio inquisitōnis procedat. omnē adhibiturus diligentia vt tam forma electōnis q̄ꝫ merita electi et omnes circūstantie debite examinētur et discutiantur. Et si electio cōfirmanda sit vel infirmanda iudicialiter confirmetur. vel infirmetur ¶ Et vt om̄ia munde et sine labe aut labis suspitōne procedat nō solum exigere aliquid quan

tuniculq; patrum. Sed etiam gratis oblatum. confirmator ra tōne confirmatōnis. sub nomīe subiectōnis. subsidij. gratitudi tudinis. vel alio colore pretextu cuiusuis consuetudinis aut pri uilegij per se vel alium recipere nullatenus presumat. Notarijs autem et his qui scripserūt in huiusmodi causis emolimentū ali quod moderatū taxetur. habendo respectum ad laborem et ope ram scripture. nō ad fructuū p̄lature laborem. ¶ Si vero con firmatores predicti electionū non seruatis superius ordinatis. et de personis ydoneis vt p̄mittitur factis vel alias per symoni cam prauitatem cōfirmauerint. eo ip̄o cōfirmatōnes huiusmo di sint nulle. Confirmātes autē alias personas q̄ supradictū est pro ea vice. per symoniacā autē labem perpetuo ip̄o facto iure confirmādi sint priuati Et nihilominus propter dictam symo niacam labem si eam cōmiserint sententiā excōmunicatōnis incurrant eo ip̄o a qua nisi per Romanū pontificem. preterq̄ in mortis articulo absolutōnis beneficium obtinere non possint. ¶ Summū vero pontificē hec sancta Synodus exhortatur. vt cum speculū et norma om̄is sanctitatis et mundicie esse debeat pro confirmatōne ear̄ electionū. quas ad eum deferri contigerit nihil penitus exigat aut recipiat. Alioquin si secus faciendo no torie ac incorrigibiliter ecclesiam scandalisat futuro concilio de feratur. ¶ Pro oneribus autē que ip̄m in regimine vniuersalis ecclesie subire oportet pro q̄ sustentatōne Romane ecclesie Car dinalium et aliorum necessarior̄ officialiū. hoc sacrum Concili um ante sui dissolutionē om̄ino debite et congruēter prouideat. Qd si contingit aliq̄ circa hanc prouisionem non facere per hoc eadem sancta Sinodus non intendit in aliquo p̄iudicare San cte Romane et vniuersali ecclesie. nec alteri cuicunq̄.

Practica ¶ Finita collatōne proponatur per regentem actū. qualiter ecclesia vacet. et eius periculum Et vtilis eius prouisio. Et quomodo duplex est forma electō nis fiende. scilicet Scrutinij et Cōpromissi duplicis scilicet libe ri et mixti. Et deliberetur de altera ex formis Et si eligitur for ma scrutinij proceditur vt infra sequitur.

Pars secūda practice de formis electionū et primo de forma scrutinij

SCiendū est itaq̄ q̄ tres sunt forme electōis Nā electio aut fit p scrutiniū aut p cōpmissum aut p diuinā inspiratōnē vt in c. Quia pp̄ter de elec. Et ideo electio que nō fit ſm vnā ipar est nulla ipo iure vt ibidem. Cū ergo pcedit p formā scrutinij et electores hāc viā ordinariā elegerit Fiat de hoc publicū instrumentū. in quo cōtineatur qualiter diligēti deliberatōe p̄habita placuit oībus ⁊ singulis et oēs cōcorditer cōsenserūt p viā scrutinij pcedere. Quo facto sic pcedēt et obſuabūt sequētia que sunt de substātia forme. et si vnū omittēt electio est nulla ¶ Primū substātiale est vt electio fiat p electores cōgregatos in vnū et hoc fieri p̄t in eccl'ia vel ī capl'o vel sibi loco honesto et maxime iuxta cōsuetudinē vt in ca. In causis de elec. Nō em̄ sufficeret cōsensus eligentiū simpliciter p̄stiti. puta si quilibet cōsentiret in camera sua Sz oportet q̄ collegialiter cōsentiāt ad hoc in c. in genesi de elec. ¶ Vtrū in loco interdicto possit celebrari electio. Panor. in c. j. de postul. pla. tenet q̄ sic. qz interdictū solū suspēdit sacramētalia. ſ electio et postulatio sunt quidā cōtractus Fallit hoc in electōe pape vt in c. vbi periculū de elec. li. vj. **Practica** ¶ Electoribus sic cōgregatis fiat p regentē ptestatio solita corā notario et testibus hoc modo

Protestatio solita ¶ Corā vobis notario ⁊ testibus p̄ntibus Ego n. decanus de cōsensu et volūtate cōfratrū meoꝝ et toti⁹ capl'i req̄ro et ammoneo oēs et singl'os. excōicatos. suspēsos. vel etiā interdictos ac etiā illos qui sacramēto eukaristie se pcurare p̄termiserit Nec nō quoscūq̄ siqui forte inter nos sint. qui de iure aut cōsuetudīe negocio electōis hmōi interesse nō debeāt. q̄tenus ab actu electōnis nr̄e discedāt. ptestamur etiā q̄ nō sit nr̄a intentio tales admittere aut pcedere nec eligere cū eisdē. Ac q̄ voces taliū siqui reperirent̄ ītersuisse. nullū p̄stēt suffragiū aut īpedimentū ſ prius p nō receptis habeant̄. Deinde facta ptestatōe recipiat̄ p p̄sidēte

Juramentū solitum ab electoribus scd̄m modū et formā decreti Concilij Basilieñ supra positū hoc ptinet infra circa signū

Juramentū notarioꝝ.

Ego iuro et pmitto oīpotēti deo et sctō n. patrono huius ecclesie. q ex nūc et inantea quoaduixero Ea que in pn̄ti electōe coram me tractata fuerit Extra requisitionē capl'i et eligentiū et eoꝝ quoꝝ interest ac intererit nemī cōicabo seu pandā ac oēs et singulos actus fideliter cōscribā Jta me deus adiuuet et hec sctā euangelia.

Juramentum testium

¶ Ego iuro et pmitto oīpotēti deo et sctō.n.patrono huius ecclesie q ex nūc et inantea.quo aduixero.ea que in pn̄ti electōne corā me tractata fuerint Extra requisitionē capl'i et eligentiū. ac eoꝝ quoꝝ interest acintererit nemī cōmunicabo seu pandam Jta et me deus adiuuet et hec sancta dei euangelia.

¶ Scd̄m substātiale est q ab ip̄is assumantur tres de collegio scrutatores.ad scrutāda vota oīm de collegio.et nō sint plures nec pauciores ſm ɔmunē opinionē.possꝫ tñ teneri opinio Vinc et Tan.in d.c.qꝛ.pp̄ter.qñ in collegio essent pauci q sufficerent duo et qñ nō essent nisi duo sufficeret vnus vocatis testibus ſm Jnno.et placet Panor.in d.c.qꝛ.pp̄ter Tenēt etiā aliqui q si p̄dicti tres nō essent de collegio eligentiū.nō esset inualida electō Sꝫ cōmunis opinio tenet q oportet q sint de collegio aliter sit nulla et cōuenit magis lr̄e Nā fidelius ꝓsequētur negocium electionis illi ad quos spectat electio Et assumētur p̄dicti tres.vel per scrutiniū vel ɔpmissum Quia cōmittet̄ vni vel pluribus.vt ip̄os scrutatores vice oīm eligāt.vel pn̄t requiri singuli publice quos volūt ſfieri scrutatores Et si forsitan sint discordes.tunc maiori parte stabit̄ in hoc casu Deinde scrutatoribus sic electis

Traditio ptātis

tradit̄ corā notario et testibus ptās scrutādi et eligēdi in hunc modū ¶ Corā vobis notario et testibus Ego n.canoīcus vice et noīe totius capl'i do istis tribus assumptis ⁊ noīatis scrutato

toribus. videlicet n. et n. et n. plenā ptātem scrutādi vota singu loꝝ. silr publicādi et eligēdi ac singula faciendū que ad rem de iure. cōsuetudine aut statutis ptinēt. ¶ Postea recipiat a scruta toribus iuramentū solitū. sub hac forma.

Iuramentū scrutatoꝝ

¶ Ego n. in manus vras iuro et pmitto oipotēti deo et btō Stephano ad cuius honorē hec pn̄s ecclesia dedicata est. vigore ptātis mihi et ꝯscrutatoribus meis tradite eū eligere quē auditis ⁊ scrutatis votis singloꝝ ⁊ oīm canoicoꝝ dicti capli maior et pars sanior noīauerit eligendū tanꝙ futuꝝ hui⁹ eccl'ie epm in spūalib⁹ et tpalib⁹ vtiliorē Necillū eligere quē verisilr sensero pmissiōe aut datōe alicui⁹ rei tpalis seu pce p se vel aliū iterpositā. aut alias qlitercūꝙ directe vl' idirecte p se electionē pcurare. Cautū etiā ē vt notarij rogati et reqsiti ad actū electōis Silr et testes reqsiti et vocati iurēt ne vota reuelēt eligentiū Nā ex hmōi reuelatōe plurimi oriūtur simultates odia. ꝯtentōes vt expientia teste sepi⁹ visū ē. forme hmōi iuramētoꝝ ponāt i hac carta s circa signū. ¶ Terciū sn̄bāle est qꝫ isti tres scrutatores exqrāt vota singloꝝ et oīm in secreto et singillatim ¶ Dico oīm. vn̄ si vnus ex pn̄tibus nō scrutaret vel aliquis ex ipis scrutatoribus omitteret nō valeret electio Et primo dicti tres debēt seipos de suis vocis examiare Nā duo examinabūt terciū. et ille terci⁹ cū alio iterū aliū ⁊c. Deinde oēs tres alios singulos Alias si vota sua vltro scrutarētur. in ipoꝝ pleruꝙ existēret ptāte ius tribuere cui vellēt. ¶ Dicit in secreto scꝫ ab alijs de collegio vt qsꝙ liberi⁹ possit dicere votū suū qꝛ bn̄ possēt esse alij testes q non sunt de collegio. dūmō nō sint tales q possēt timorē incutere eligētibus qꝛ tūc possent refutari sicut et scrutatores si tales essent vel aliquis coꝝ Si aūt examiatio votoꝝ fieret publice corā electoribus nō valeret electō etiā si oēs cōsentirēt vt in c. in causis de elec ¶ Debꝫ etiā ista inqsitō fieri singillatī Nō eñ debēt vocari bini vel trini ꝫ qlibꝫ singlariter p se Nec sufficeret ꝫm Inno. et host. in d. c. qꝛ ppt vocatō gn̄alis vt si diceret venite ad scrutiniū vos q scrutādi estis ꝫ oēs sūt singulariter vocādi.

Practica

¶ Isti ergo tres scrutatores trahāt se ad angulum vel partē capli vel eccl'ie et seriatim ac sin

gulariter vocabūt quelibet de cap̄l'o solū p se Et primo illū qui primā habz in electionē vocē Et reducāt ei prius ad meōriā iuramentū p̄stitū de eligendo Ep̄m. et adiurēt eū hoc mō

Forma adiuratōnis in scrutinio.

¶ Adiuremus te in virtute sp̄ussct̄i p deū viuū vt s̄m puritatē cōscientie tue noīes illū corā nobis quē credis vtiliorē et meliorē p regimīe huius ecclesie viduate Et tūc ille dicat

For̄ noīatōnis

¶ Ego n. credo p vtiliorē et meliorē et in eū cōsentio. ac ip̄m nomino in Ep̄m et pastorē huius ecclesie eligendū ¶ Ita cōpetentius exprimit votū suū Si tñ dicat eligo vel noīo talē in pastorem ⁊c. bñ valet. vt colligit̄ in c. publicato de elec. ¶ Itē Nota s̄m Inno. et host. q̄ si sunt tot scrutādi q̄ vno die nō pñt expediri fiet sequēti die cōtinuatim Et sic etiā pp̄ter pluritatē scrutinij poterīt diuertere ad cibū ¶ Sed quid si aliquis electoꝝ sit in ciuitate vel monasterio infirmus R̄ndet̄ s̄m host. q̄ scrutatores debēt ire ad eū et inquirere votū eius sicut votū p̄ntiū. q2 p̄sens est qui in ortis est ff. de pcura. l. j. nec erit necesse ip̄m in collatōne aut alijs que secūtur requirere. s3 sufficit ꝯsensus in scrutinio habitus Posset etiā talis pcuratorē cōstituere vnū de collegio. cū iusto īpedimēto detineat̄ vt s̄ dictū est. ¶ Quartū substātiale est qđ vota exquisita scribātur vel p ip̄os scrutatores. vel p tabellionē. s3 meli⁹ est q̄ vnus de scrutatoribus videtib⁹ alijs scribat. nec requirit̄ q̄ sit notarius. Dicit etiā panor. in d. c. q2 pp̄ter q̄ vota pñt scribi p tabellionē etiā si sit laicus q2 notarius scribēdo nullā auctoritatē exercet. nec aliquid sp̄uale mīstrat. s3 solū p̄bet nudū ministeriū. ¶ Itē Nota q̄ iste qui scribit vota electoꝝ p̄t scribere in prima psona vel in tercia. vt puta dicēdo sic. Petr⁹ req̄sit⁹ ī quē ꝯsentiebat. ꝯsensit in ioh̄ez et eū noīauit ī pastorē siue ep̄m eligēs Vel sic. petr⁹ req̄sit⁹ in quē cōsentiret suū cōsensum in hūc modū exp̄ssit Ego petrus cōsentio in Stephanū et ip̄m noīo in pastorē eligendū ⁊c. ¶ Quintū subāle obs̄uādū ē. q̄ mox postq̄3 vota oīm sūt scripta publicēt̄ in ꝯmūi scz ī capitulo vt ī d. c. q2 pp̄t. ibi dicit glo. mox scz ī cōtinēti. nullo actu ꝯtrario intermisso post vota scrutata et scripta et vno cōtextu.

Practica Modus publicandi talis est Nam vnus scrutatorum de voluntate aliorum dicet presente capitulo nos vota singulorum examinauimus et in scriptis redegimus placet vobis quod ea publicemus Et illi dicent placet Et sic publicent id est publice legant quemadmodum scripta sunt in prima aut tercia persona verbis vt quod secrete actum est ab omnibus sciatur. vt in c. cum ex iniuncto de heretic. dicit hostiensis. e. ti. quod quidam fatui quandoque appellant ne vota publicentur. sed talis appellatio nulla est Vnde dicitur in d. c. quia propter. nullo prorsus appellationis obstaculo interiecto Actus enim iste dilationem non capit Vnde appellatio non admittitur. et est simile in c. qua fronte de appella. ¶ Nota quod publicato scrutinio electores nequeunt variare voces. sed facienda est collacio et electio celebranda. vt in c. publicato de elec. Ergo a contrario sensu ante publicationem scrutinij possunt electores variare et alios nominare per c. quod sicut e. ti. quia per talem nominationem ante scrutinium factam. nullum ius acquiritur ipsi nominato etc. ¶ Sextum substantiale est quod facta publicatione fiat mox collatio voluntatum Que collatio triplex est scilicet numeri ad numerum zeli ad zelum et meriti ad meritum. vt in c. in genesi e. ti.

